

nibus: & vel pro reprobis & infidelibus tam-  
rum, ut Iob. 14. 17. & 17. 9. 1. Iob. 5. 19. vel pro  
omnibus tam fidelibus quam infidelibus ut Iob. 3.  
16 Sic Rom. 5, 12. 1. Iob. 2. 2. 2. Metaphoricè  
& metonymicè pro omni eo quod adversatur  
regno Christi spirituali, pro peccatis, vanis cu-  
piditatibus &c. ut Gal. 6, 14. 1. Iob. 2, 16. &c.

Philosophicè accipitur 1. Pro ipso Deo  
vel mente Divinâ, item ideis in mente Di-  
vina, & dicitur à Marsilio mundus intel-  
ligibilis vel archetypus, ubi sint omnes  
formæ & rerum faciendarum exemplaris.  
Nec ab hac significatione videtur alienus Ci-  
cero lib. 2. de nat. deor. dicens mundum esse  
Deum. 2. Pro angelis, & dicitur mundus  
angelicus. 3. Pro aliquâ mundi parte, vi-  
delicet cœlo, apud Plin. lib. 2. nat. hist. cap. 4.  
Macrobiam in Som. Scip. lib. 1. c. 20. & lib. 2.  
cap. 11. & 1. Saturnalium cap. 9. diciturq;  
mundus æthereus. 4. Pro cœlo & elemen-  
tis simul, & dicitur mundus elementaris.  
Cœlum enim etiam passim vocat Philosophus  
elementum. 5. Pro elementis tantum & cor-  
poribus corruptibilibus quæ in ijs continentur,  
& dicitur mundus inferior, nonnullis etiam

ele-